



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

V. Die Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## V. DIE APRILIS.

P. GEORGIVS

P. LVDOVICVS

TAVORA.

LALLEMANT.

Conimbricæ  
5. April. 1599  
ætat. 44.  
Soc. 17.  
Charitas.

**V**ir planè misericordiarum, natus ad squalidorum leuamentum. Capillos ægris tondebat, vulnera pertractabat, vestiebat, in hospitium è publico deportabat, lauabat, id quod videns Academiae Rector imitatus est; idque se ab illo didicisse professus est. Hoc illi Conimbricæ datum elogium, vnum fuisse ex optimis commilitonibus, quibus aliquâ memoriâ Societas eluxit. In Conimbricensi pestilentia illum è viuuis eripuit mors heroum, vt victimam Charitatis, vbi puerum fatiscentem in humeros sustulit. Ipse tuguria pauperibus in sæua hyeme curauit, ipse ad ligna cædenda exiuit, ipse terram fodit, ad eò vt religiosorum quidam dixerit illum videri dignum, cui à Societate, etiam viuenti statua decerneretur. Ignatium Conimbricensis vrbs eum vocabant: vt sicut sancto Ignatio Roma, & Ignatio Martino Vlyssippo; ita Conimbrica isto aliquâ imitatione gloriaretur. Cùm à sandapilarijs efferretur, egenorum gemitu ac ciulatu omnia circum completa sunt.

**N**ullâ vnquam vilius grauioris peccati maculâ suam innocentiam temeravit. Mirum exercebat in suos affectus planè perdomitos imperium. Ad obediendum cura illi maxima, etiam in minimis: Paupertas in cubiculo Biblijs, Breuiario, & per paucis, ipsque valdè necessarijs libris Hinc illi à seuro in seipsum exemplo insignis apud adolescentes, tyrones, ac postea apud tertix probationis patres, authoritas. Virginitas integra semper, & magnis corporis cruciatibus communita. Orationem amabat vnicè, tanquam suam in hac vita felicitatem, conscientix teneritatem, tanquam orationis pupillam. Hinc illi conscientia quotidiano pœnitentia: Sacramento perpurgata: id quod faciebat sensu magno, diligentia, singulari, vt SS. Eucharistiam reuerentiâ & amore teneriore tractaret. Per ipsos 30. annos postulauit miti ad infideles Euangelio nunciando, & ferendis pro Christo aduersis. Mortuo capilli & vestes vulsæ ad venerationem.

Gallus Bi-  
cunicæ. 1.  
April. 1637.  
ætat. 47.

Mortificæ

Oratio.

Confessio.